



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 1. Suavitas providentiæ divinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

in hac virtute præcipuè studuit excellere, & præcipue
 jus etiam nobis in vitâ sua reliquit præcipue
 exempla, & eximia in nostris Constitutio-
 bus documenta, hanc tractans materiam
 aureo suo spiritualium exercitiorum lib-
 duas concludit meditationes. hac sui
 oblationis formulâ: *En ô Rex supreme
 mine uniuersorum, tua ego licet indignis
 fretus tamen gratia. Et ope me penitus tibi
 ro, meaque omnia tua subijcio voluntati.
 scipe uniuersam meam voluntatem, in
 memoriam, intellectum atque voluntatem
 meam omnem, quidquid habeo & possideo
 largitus es id tibi totum restituo ac prorsus
 do gubernandum. Amorem tui solum cum
 tia tua mihi dones & dives sum satis.*

CAPUT VI.

De duobus modis quibus homines abent
 à vijs Dei.

§. I.

Suauitas diuina. Providentia.

SUprema Dei Creatoris nostri Providen-
 tiam est mirabilis in donis suis & suauis
 omnibus operibus suis; ut si sciremus
 ductum per vias, quas nobis demonstrat,
 qui eâ fiducia quam par est habere bene

ratos erga Patrem optimum, sapientissimum potentissimumque filios, deduceret illa nos sine ullo errandi periculo non viâ solum rectâ ac regia, sed jucundâ etiâ ac facili, nostræ corporis cõplexioni, naturæ viribus ac propensione omnino convenientissimâ. Quemadmodum enim periti hortulani apprimè norunt, cuiusque soli quod excolunt, indolent, quam quisque flos aut planta glebam amet, ut adolescat & floreat. Nec minus cognitum habent boni. Architecti cuique lapidi destinatum locum, cui sic aptetur & quadrèt & nec locus alius æquè alteri conveniat lapidi, nec lapis alius alteri tam aptè jungatur loco, quin aut deficiat aut excedat. Ita planè divina Providentia perfectissimè cognoscit nostrarum mensuram virium, loca, tempora, negotia nobis congrua, auxiliâ item & dona quæ necessaria sunt ad acquirendum id quod nostræ commissum est industriæ; adeo ut, si motus ejus atque impulsus confectemur, agnoscamus tandem occupationes nostras sic ingenio proportionatas atque indoli nostræ, ut quævis alia quàm nostra in illis fatisceret, & quævis aliæ quam illæ nobis exitio forent.